



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**IOAN. PETRI || MAFFEI, || BERGOMATIS, || E SOCIETATE ||  
IESV, || HISTORiarVM || INDICARVM || LIBRI XVI. ||  
SELECTARVM, ITEM, EX || INDIA EPISTOLARVM || LIBRI  
IV. ||**

**Maffei, Giovanni Pietro**

**Coloniae Agrippinae, Anno M.D.XC.**

**VD16 M 105**

Lvdovivi Froii ad Antonium Quadrium in Indiam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64627](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64627)

petuntur: sed tanta paucitas est, ut nedum alia querere, sed ne parca quidem tueri possimus: perit enim non vno loco Christiana res operarum inopia: quanto animi non sui more non dico, magna tamen eramus in spe fore, ut Dominus pro sua clementia ac bonitate subsidium nobis aliquod tam necessario tempore mitteret: praesagiebatque nescio quo modo mens, te quoque affuturum. sperabam quidem certè vel maxime: non solum ut amicum viri congressu & colloquio fruerer: sed etiam ut exemplo tuo monitus ipse me recolligerem, quippe iam pade varijs curis & occupationibus valde distractus. Nos Deus vberem gratiam & sui nominis caritatem cunctis infundat, ut omnibus in rebus ei quàm diligentissimè seruiamus. Amen. Cochinoi. ix. Calend. Octobris. MDLXXI.

LVDOVICI FROII  
ad Antonium Quadrium in  
Indiam.



V A mentis humanae peruersitate fieri dicendum est, Pater, ut quæ nobis Deus bona largitus est, ea carendo fere magis quàm fruendo sentiamus: Id adeò ex obitu Varandoni Comidoni clarissimi atque optimi viri quotidie certius ego quidem experior. cuius de incredibili studio erga nos notaque Christianum vniuersum, licet sæpius te per litteras docuerim ante hæc, tamen hoc tempore, cum ille argenti more bonorum omnium in bello ceciderit, sic edum mihi existimaui, ut paulo fusus ad te perscriberem, nam & grati memorisque animi officium id vti que postulat, & ipsa commemoratio laudum ipsius, leuare aliqua ex parte dolorem meum; & ad celebritatē & gloriam Diuinæ prouidentia pertingere videtur, intelligi nobis, in tam remotis regionibus inter Bonziorū Indias, & intenta in nos barbarorum tela versantibus, nō

deesse ne ex ipsis quidem principibus ethniconum  
 nostræ salutis, tum Christianæ religionis ac fidei pro-  
 gnatores acerrimos. Ac quò res tota clarius pate-  
 tam paulo altius initia ipsa & originè eius auctu-  
 nobis cum illo intercessit. Christianus est quidam  
 Meacensi tractu nò modò generis claritate conspicuum,  
 verùm etiam propter egregiam virtutem ac probitatem  
 summa apud oes gratia, nomine Darius Tacuma Fe-  
 danus. Is cum pro sua in Deum pietate, proque neces-  
 situdine, quæ sibi erat cum Vatandono, de rebus diui-  
 nis, deque instituto nostræ Societatis esset aliquantis cu-  
 eo familiariter collocutus, hominem denique propul-  
 vt concionis audiendæ causa ad templum nostrum ac-  
 cederet. Cum igitur ad Gasparem Vilelam viceque re-  
 nisset, ex ipso Catechismi exordio disputatum à nobis  
 est horè amplius spatium, vnum esse Deum fontem & soci-  
 ginem rerum omnium; qui quæ videntur quæque non  
 videntur, ex nihilo cuncta creauerit; ac simul peruenire  
 & amentia sectarum Iaponicarum multis rationibus re-  
 futata est. Quæ omnia Vatandonus homo ingenio  
 cum & patienter ad finem usque audisset, & tamquam  
 rationi rerumque naturæ consentanea valde probare  
 git in præsentia Gaspari gratias, operamque tuam in be-  
 nigne admodum detulit, & quoniam certis de causis  
 rat ei confestim in regnum Vomi (quæ ipsius sunt pa-  
 tria) recedendum; ad extremum adiunxit, vbi vacante  
 ad audiendum Dei verbum esse rediturum. Sequenti  
 inde Cubi caedes est, cumque ab iisdem conuulsis, qui  
 Cubum oppræsserant, crudelissimis hominibus, & Chi-  
 stianæ fidei inimicissimis, nos quoque ad necem impu-  
 remur; fuga nobis coacti consulere, multis peregrina-  
 cis, ad urbem Sacaium denique venimus, vt ibi moran-  
 co, & Meacensi diuioni finitimo, bellorum curam, & oc-  
 casionem aliquam redeundi Meacum expectamus.  
 Interea Vatandonus, cuius animo altius infuditur  
 de vno cæli, terræq; Domino ac Deo nuper audieram  
 sabili ter audis plura discendi, petijt à Dario Tacuma  
 per litteras, vt à Gaspare Vilela Iaponium aliquant  
 na lo

re legis interpretem suo nomine postulare, quod ubi  
 Gaspar cognouit; misit ad eum protinus Damianum, in  
 erudicendis Iaponijs popularibus suis in primis exercita-  
 tum, qui dum magna spe rei bene gerendę concepta, Vo-  
 mimitur intendit; eo ipso tempore demortui Cubi fra-  
 ter Vatandonus Voiacata, clapsus ę coniuuratorum custo-  
 dia, ad Vatandonum opis implorandę causa confugit  
 supplex; quem ille non modõ benignę exceptum ingre-  
 ssumptu & munificentia plus annum in arce sua Coca  
 tenuit, sed etiam, ut in fratrum imperium restitueret;  
 summos Reges nationesque circumire, atque omni ra-  
 tione sollicitare non desijt, quoad Nubunanga Rex Voa-  
 catarum quinquaginta millium exercitu cõpara-  
 to; & Mioxindoni & Daiondoni, qui coniurationis prin-  
 cipes fuerat, repressa audacia, quem dixi exulem, in fra-  
 trum opibus & gradu honoris amplissimi collocauit. Id  
 fuit causa, cur Vatandonum absentem patria, & rebus  
 grauissimis occupatum Damianus inuenire, ac per oriũ  
 (ut praeuenerat) religionis Christianę mysteria docere  
 acquireret. Venit deinde Sacaium Vatandonus vnã cũ  
 principibus exercitus Nubunangę; cumque apud  
 eum esset etiam Darius Tacaiama, tempus opportunum  
 ratus Meacensis Ecclesię subleuandę; Vatandonum do-  
 cet, occiso priore Cubo; nos etiam factione Bonziorum  
 per summam iniuriam pulsos Meaco, nunquam postea  
 redeundi potestatem impetrare potuisset; neophytorum  
 regem paulo ante ab idolorum seruitute ad cultum v-  
 ritatis veriq; Dei traductum; orbem pastoribus in luctu &  
 dolore iacere, de nostra magis, quã de sua salute at-  
 que incolumitate sollicitum. orat, & obsecrat, ut dignum  
 se suisque rebus gestis patrocinium nostri suscipiat, seq;  
 pro equitate ac iustitia peccatorum hominum scelere fu-  
 rante opponat; id si fecerit, magnam non à Christia-  
 nis modõ, sed etiã ab ipso Christo Deo gratiã initurum.  
 Que ubi Vatandonus audiit; alacritate mirabili delatam  
 ad se causam recepit illicõ: meque confestim (nã Gaspar  
 in Bungũ iam pridẽ euocatus abierat) ad se nocte eadem  
 accit.

accesit, ad quem cum adijissem, tanta sum ab eo comitate, sed veneratione acceptus, ut in conspectu principum (quod Europæi nostri vix credant) nulla mihi quamvis enixè renitenti discesserit, aliaque patrio signa summi cuiusdam honoris habuerit. Ita ego Laurentium nostrum adduxeram: quem vbi Vatandonus Iaponium cognouit esse, conuersus ad eum: Quæ inquit, nisi incommodum est, mihi, & proceribus Italia de Christiana lege, deque vno rerum omnium condicione aliqua exponis: Tum ille, quæ est facundia prædida, in eam sententiam ita copiose tanta cum auditorum attentione differuit, ut in mediam vsque nocte sermo tractus sit. cum perorasset, eius orationem, & argumeta magnis laudibus Vatandonus extulit, & simul nostram causam principibus qui aderant, ex animo commendauit: quos ego cum officij causa postredie conuenissent, non modo me perhonorificè accepere singulè, etiam suum omnibus in rebus mihi studium operamque bene gnè polliciti sunt. Ad hæc Vatandonus, qui Saciani populi tumorem & superbiam nosset, nec ignoraret, nisi ex quo tempore Meaco sumus exacti, quam probe de abiectis homines vulgo cõtemnis; ad conciliandum nobis authoritatem & gratiam; semel iterumque hanc causam domum nostram non dubitauit venire, tanta comitate grege amicorum, ut multitudinem via ipsa non caperet. Quinetiam Fabium Reoquerium in diadem Christianum primarium virum, quod nos in eo exitum dignè fouisset, accessit: ad se non modo magister laudauit gratiasque egit illi mirificas, verum etiam minem de suo liberaliter admodum muneratus, etiam deus insuper, quicquid in nos officij ac beneuolentiam contulisset vel conferret in posterum, id se perinde gratum esse habiturum, ac si totum in semetipsum contulisset.

Post hæc Meacum reuertit: pauci sive diebus interpositis fecit me per litteras cortiorem, se de reditu nostro ex Nubunanga, & nouo Cubo transigisse: itaque Duram propediem ad me reducendum esse venturum, neque fatum

dum est, quāto neophytorū gaudio, tu ipse existimabis,  
 cum id propter aduersariorū summā gratiam atque po-  
 sitam sperare vix iam vllus auderet. Tandē igitur veni  
 Meacum, & quoniam aedes nostras quidam tribunus mā  
 lum occuparat: diuersi ad Christianum ciuem Meacē-  
 sem, Anonium nomine, virtum in primis honoratum,  
 ac noblem: statim que nos Vatandonus ter dieinceps in  
 vlti hospitiū nostro item vt Sacaij fecerat, dedit mu-  
 nera ac petij, nos ad aliquod tempus habere domi ne  
 gauretur: intellecturos breui Christianos quanta cum  
 fide coraque Vatandonus patrum negotia transgesset.  
 eorum tanta significatio beneuolentiæ dici vix potest, quā  
 tam nobis apud illos existimationem attulerit. Nec ita  
 multo post (sanē præter opinionem infidelium) quæsi-  
 tum ipse me magno comitatu deduxit in regiam, fe-  
 cique & effecit omni artificio, vt inspectantibus, & ta-  
 lentibus Bonzijs, in magna principum frequentia,  
 cum à Nubunanga, tum à Cubo quā honorificentissi-  
 me admitteret. Ad hæc, nostræ non modò mansioni, &  
 incoluntati, sed commodis etiam & ornamentis pec-  
 literas regias diligenter cauit: quæ quoniam ab ipsis et-  
 iam ducibus, atque à principibus Bonziorum, non nisi  
 magno auri argentiue pondere comparantur; cum id-  
 circo Vatandonus insciente me ad Nubunangam de-  
 ceret auri laminas iustæ magnitudinis attulisset; negavit  
 ille se ibidem, in tali causa opus esse muneribus: decre-  
 tum ipsemet, qua maximè vellet formula scriberet: se id  
 in seculum suo chirographo muniturum. Tum ille tanta  
 regis in nos propectione animaduersa, scripsit non mo-  
 dum vt nobis iuro Meaci habitare liceret; graui pœna pro-  
 missa, si quis nobis negotium facesseret; sed etiam vt æ-  
 ras nostræ ab hospitiū militum (qui fere in templa, & ce-  
 tera diuiduntur) ac præterea vñ vicinias nostra, tota  
 regijs obeundis, præbendis ad munitionem operis,  
 que id genus oneribus esset immunis. quæ omnia  
 cum à Nubunanga, & Cubo, quamuis contra nitentibus  
 Meacis, impetrasset; subscripta diplomata (quorum  
 vñ in suo tabulario exemplum retinuit) magna sui ani-

mi voluptate vocato ad se Laurentio tradidit, post-  
 tus insuper, se daturum operam, vt Tribunus de qui  
 nostras occupauerat ædes, iam pridem à Chittius  
 desertas, excederet: idque multis adhibitis immo-  
 tijs tam diligenter curauit, vt ille denique in in-  
 riorem vrbis partem ingenti populi admiratione  
 grauerit.

Multo deinde post, cum Rex Micauæ inuicendi Co-  
 bi causa Meacum ingeni comitatu venisset, exceptus  
 est non ita remoto ab æde nostra diuersorio. comitatus  
 accipiendos amicos eius, quotquot erant propinqua Bo-  
 ziorum ædificia occuparentur; veritus Varandonus, ne  
 quid nobis quoque molestiæ exhiberetur, scribam su-  
 um, & aliquot præterea è familiaribus misit ad ædes no-  
 stras, qui speciem præberent occupati iam ab se boluntati-  
 quæ res vniue nos ab omni eiusmodi incommodis de-  
 ros præstitit. neque verò, id ipsum egregie beneuolenti-  
 commentum ille significauit nobis; scriba de male cogi-  
 nouimus ipsius conscio secretorum. & sane tam hinc,  
 tum alijs in rebus, quæ vel ad commodum, vel ad digni-  
 tatem nostri ordinis pertinerent, ita sunt eius diligen-  
 tia, & amor in nos; non modo vt preces nostras, sed  
 etiam voluntates suis ipsemet fidelissimis contulit, con-  
 cijs, benignitate præterueteret.

Quandiu Nubunanga Meaci commotus est; in-  
 cum ego de Varandoni sententia aliquoties accessi, in  
 facili mihi ex illius commendatione adiu ad regem, vt  
 multis interdum dynastijs, & principibus Bonzonum ad  
 limina præstolantibus, ego extra ordinem introitu-  
 rer. Sed cum proximè ad regem sub eius protectionem  
 adijsssem; longa illa disputatio, de qua scripsi ad te ad-  
 te; de immortalitate animorum incidit mihi cum Bo-  
 chioxine Bonzio, viro in primis disertio, & propter e-  
 gregiam rei militaris peritiam (neque enim hoc sacer-  
 dotum genus abhorret à bellicis artibus) magna apud  
 regem auctoritate. ex quo certamine cum ille turpi-  
 ter victus abijisset; in eam exarsit rabiem, vt nunquam ex-  
 so die perniciem nobis moliri desisset, cuius furor  
 & athen.

& amentia: cum locis omnibus aperte sese Vatandonus  
 non modò consilio, sed etiam armis opponeret, nec  
 illum vsquam consistere pateretur; superatus ille viri cõ  
 stantia, vbi se viribus imparera sensit; omni deinceps do  
 lo & insidijs grassati constituit. Dissimulata igitur in  
 tempus iracundia, falsis criminationibus circumuen  
 tum Vatandonum eo tempore egrotantem, adeo artifi  
 ciosè & callidè apud Nubunangam accusauit, multis  
 duboli fatellitibus in eius flagitij societatem adscitis;  
 vt Rex mendacijs oneratus, ad euntem ad se valetudine  
 recuperata Vatandonum, non modò aditu congestu  
 que per summam ignominiam arcuerit, sed etiam au  
 rorum viginti millium annuo redditu, & nobili in pri  
 mis arce multarit. quo ille tam insigni accepto incom  
 modo, tantum abest, vt quicquam idcirco de suscepta  
 in nos beneuolentia, studioque remitteret; vt etiam pa  
 lam dicitaret, venientibus ad se consolandi gratia prin  
 cipibus, præclare verò secum actum esse, cui nostra caus  
 sam tantam calamitatem incidere contigisset: acque  
 adeo, quò illustrior esset amor ipsius erga nos, quam  
 quàm tanta facta & rei familiaris, & dignitatis immi  
 nutione; tamen diligentius etiam quam antea, vbicun  
 que opus foret, nobis omni ope cura que affururum. In  
 tem ex altera parte Nichioxines, & ceteri Bonziorum  
 antillites, oppressa innocentia impune volitare; nobis  
 ferunt, flammam que minitari; de templo nostro fun  
 ditus euertendo, serendoque ibidem sale per ignomini  
 am perduellibus constitutã, in suis cœtibus multa iacta  
 re; nec tamen cessit illis ea res e sententia: nam & Nubu  
 nanga, Cubusque nos nulla nostra culpa aut domo, aut  
 urbe pelli passi nõ sunt; & machinationis eius artifex  
 Nichioxines, iusto Dei iudicio compluribus eiusdem  
 flagitijs ac facinoribus patefactis, haud ita multo post à  
 Nubunanga multis verbis male acceptus, & omni dig  
 nitate spoliatus est: & anno vertente Vatandonus cum  
 ad Nubunangam, qui tum fortè Meacum redierat, for  
 didatus venisset; Diuino prorsus beneficio, amicos  
 tum deprecationibus ad causam dicendam admissus,  
 tā.



tantam suæ cladis misericordiam exciuit, ut illum iter, viri meritis & probitate perspecta, in pristinum suum locum restituerit, & in super-dena aureorum milia ad viginti quibus antea fruebatur, addiderit.

Iam, qui apud alios causam nostram tam diligenter agere solitus fuerit, qui ad potentissimos Reges ad nos tam studiosè munierit, qui denique pro rebus fortunarum & capitis discrimen adiecit; in eum aliorum explicare quàm benignè, quamque honorificè nos accipere consueverit ipse venientes ad se vel Meaci valde remoto à nobis loco, vel in suis extra urbem oppidis, aut arcibus habitantem. Qua ille cura cauebat exceptus hospitio, ne quid nobis omnino deesset, quàm familiariter nos in ipsis ædium penetralibus, quo paucissimi & familia patebat introitus, vna cum vxore, liberisque adhibebat ad mensam! quoties, rei Christianæ causam inter habentibus per infecta latronibus loca nobis equos & corporis custodes attribuit! quàm sæpe venis mille barmanissimè! quàm suaviter si quid vicissim ad illum nos allatum ex Europa, vel ex India mitteremus, quod Dabunangæ, vel Cubo gratum fore intelligeret, remissum id ipsum ad nos, monuit ut illis potius opportunè tempore largiremur! Neque verò nobis faucebat ille tam modò: sed etiam Christianam rem tanto erat ardore circumplexus, ut de Diuinæ legis præstatiâ, de sempiternis post mortem præmijs atque supplicijs, de virtutibus Christianis in cæteris principum sereret ipsemet ex occasione sermones. Quinetiam multos, dum esset Meaci, præcausam inspiciendi horologij, ignoratæ in his regionibus machina, domum nostram adductos, eadem opera sacras concionibus admouebat; atque ubi peroratu esset, summam totius doctrinæ iterabat ipsemet, præcipuis locis insistens, & Bonziorum fraudes & errata redarguens.

Iam verò neophytorum, quos omnes fratrum numero suscepisset; cum alijs plurimis rebus ostendit, quare ego, ne longior sim, consulto prætereo; tum vero insigni quodam pietatis & iustitiæ documento, ad fac. eius

modi. Vtula quædam erat de grege neophytorum, Do-  
 minica nomine, cuius filius in templo nostro ministra-  
 re confucuerat, hanc ethnicus nescio quis potens cum  
 de quarundam ædium possessione deturbare per vim &  
 iniuriã conaretur; confugit illa supplex ad Vatandoni fi-  
 dem, cuius deinde beneficio quicquid cupiebat, obtri-  
 nuit. sed prima luce ad eum profecta, dum expectat ad-  
 fores, pueri quidam è Vatandoni familia, rosariũ, quod  
 de more muliercula percurrerat, interea per ludibrium,  
 ut fit, vellicare; stanneam icunculam è rosario penden-  
 tem abripere, tum illa indignari, & impietatem facti mu-  
 lteriter accusare. contra pueri quò magis irritatam vi-  
 dent, eò instare acrius, & illudere. cum strepitus inuale-  
 sceret, exaudit è cubiculo Vatandonus foeminam quiri-  
 rantem, quærit continuò, quid sit rei proteruitate puero-  
 rum, cognita, iubet ex ijs tres protinus comprehendi, se-  
 uerè admodum increpans declaraturum se, quantum opere  
 vult Christianos omnes ab omni contumelia tutos, do-  
 mi suæ præsertim. cumque dubiũ esset nemini, quin gra-  
 uiter esset in eos animaduersurus, muliercula primum  
 pro illorum salute deprecari: cum nihil ipsa proficeret;  
 monitus ego statim ad eum mitto Laurentium: qui cū  
 nihil magis hominem placare potuisset; ego ipse deni-  
 que ad illũ accessi: multisq; rationibus iracundiã mitiga-  
 re conatus sum. sed nec vetulæ preces, nec Laurẽtij lega-  
 tio, nec nostra contentio flectere animũ hominis value-  
 rit, quominus vnũ ex ijs, quippe notiore petulantia ado-  
 lescensculũ, in arcem suã ab vrbe amandatũ, capite plecte-  
 rit, tantã ille venerationem rerũ diuinarum, tantum cul-  
 tum religionis imbiberat. Denique, vt finem faciã, Chri-  
 stianos omnes omnibus minimis maximisque rebus fo-  
 uet, sicuti liberos indulgentissimus parens. Miretur  
 quomodo quispiam, quæ res catechumenum eò pietatis ac-  
 tibusque prouexerit. Primum, vt ego quidem arbitror,  
 tanta illi constantia, & bonitas tam insignis, vt fortes  
 permulti relicto vberiore stipendio, ad ipsius du-  
 ctum & imperium sese vltro conferrent: deinde, ac mul-  
 tius magis, frequens auditio, & cogitatio verbi Dei,  
 q  
 cui

cui quoties per bellicas aliasque grauissimas occurrer-  
 nes licebat, aures dabat quàm studiosissimè. cuius oratio  
 quippe vehementer honesti pulchritudine, & Constanti  
 fidei veritatem & excellentiam magis admiranda  
 dies. & sanè, cum primum ei Laurentius æternam  
 nimæ, & varias ac multiplices eiusdè vires exposu-  
 pore propemodum attonitus Vatandonus, qui ad un-  
 diem in hæresi fuisset Ienxuanorum, qui nihil omnino  
 post mortem superesse opinatur; palam excimauit  
 tum demum ex quo ea didicisset, hominem se videri  
 antea quidem in tantis errorù tenebris, infra ipsas pec-  
 des iacuisse miserimum, atque etià Tacacum (id est  
 ei nomen) eundem Laurentium ad se magnis precibus  
 euocauerat, quò commodius catechismo vacaret: eos  
 probè peractò; Christianæ militiæ obligare se hospiti-  
 mi sacramento decreuerat, sed hæc paratem, & aliquid  
 meditantem oppressit mors illi immanis, Christianam  
 omnibus luctuosa; quem tibi casum exposco, vt poterò.  
 Iquenda est regio finitima ditiori Vatandoni: quam  
 regionem bellicosi admodum incolunt populi, in eius  
 limite cum Vatandonus castella duo excitalle: quorum  
 factū Iquenda regulus, exercitu repente coacto, primum  
 omnium præmia pronitiavit aureos annos M.D. in quo  
 ad se caput Vatandoni retulisset: deinde vero pedes  
 ad vnius è castellis oppugnationē tetendit Iustus. Quod  
 vbi sensit præfectus præsidij Darius Tacacum, cuius  
 quo misit protinus nuntium ad Vatandonū in auxilio  
 na Tacacum morantem: is cognita re, quas habebat co-  
 tempore copias, præcipiti agmine ducit obuiā bellicos-  
 ducenti eius latera stipabant lectissimi viri: cum Iustus  
 pidus antecessit, reliquos opinione sua pauciores (Iustus  
 plus quingenti fuere) cum filio subsequi iussit. Hæc ex-  
 perta paucitate nostrorum, veritus ne si Vatandonus ob-  
 ipsum resciret; omnia pugna se in castella recipere  
 iorem partē exercitus iubet occultè confidete ad mon-  
 radices: cæteris imperat, Vatandonum ad certamen elu-  
 ant. Vt propius ventum est, Vatandonus paucos infig-  
 nis galero, quem dono à Lusitanis acceperat, aduersus  
 pidi-  
 horre-  
 lapo-  
 lit, ne-  
 dique  
 a-  
 egre-  
 quo-  
 laue-  
 fectis  
 Vaz-  
 si. Qu-  
 fuga r-  
 quin  
 h, vall-  
 ego qu-  
 ipsis i-  
 drem.  
 nant-  
 ei cog-  
 nus B-  
 taton-  
 dum cu-  
 rem au-  
 Lauren-  
 vas mi-  
 quaque  
 culus, a-  
 me im-  
 fuerant  
 in fol-  
 lina-  
 aur-  
 tur

piditate pugnandi, non expectato subsidio, cum sua co-  
 horre dumtaxat, ex equo desiliens (neq; enim equites in  
 Iapone pugnare mos est) sese in aduersos ferociter intulit,  
 neque ante prouidit insidias, quàm confurgente vni-  
 dique multitudine circumfusus est. Pugnatum vtrinque  
 acriter: quo ad Vatandonum multis acceptis vulneribus  
 egregie dimicantem obrunçauit ex hostibus quidã, cū  
 quo gradum fortè contulerat; verum is quoque letaliter  
 laeuis, dum certa præmij spe caput asportat, paucis cō-  
 fectis passibus moribundus occubuit. reliqui stipatores  
 Vatandoni ex præcipua nobilitate ad vnum omnes eg-  
 se. Qui erant in subsidijs, cū se lōgè impares cernerent,  
 fuga repente dilapsi. Vatandoni filius in arcem Tacacu-  
 quum cum admodum paucis confugit. hostes victoria v-  
 li, vastatis agris, villis incensis ad arcem castra posuere.  
 ego quo die male pugnatum est, eram in insula Sāga ijs  
 illis locis ita propinqua, vt fragorem tormentorū exau-  
 direm. Sed nihil tale suspicanti mihi tristis adest repente  
 nauis, Vatandonum cæsum esse cum suis, id vbi Mea-  
 cognum est, Organtinus Italus, & Laurentius Iapo-  
 nus Bonziorum insolentiam venit, neophytorum hor-  
 ram omnem apparatus sacrorum in tutum asportan-  
 dum curarunt. ego ne quid aduersarij contra Christianā  
 rem audacius molirentur; quo ipso die hæc scripsi, manè  
 Laurentiū ad Nubunangā, & amicos ipsius cum munerū  
 bus miseram. omnino turbulenta erant res: multi circū  
 queque inimici: neophytorū grex metu ac mœrore per-  
 teritus, auxerat inuidiam obitus ipse Vatandoni, & rū-  
 mor improborum scelere dissipatus: oēs quicunque nos  
 turbant, tandem iratis Dijs funditus interire. Nos in tan-  
 ti solitudine periculisque vna scilicet fiducia bonitatis  
 diuina sustentat: quam quò magis magisque demeretur  
 in dies: tuas pater optime, fratrumque nostro-  
 rum omnium pias pro nobis deprecationes, &  
 sacrificia vehementer expetimus. Mea-

co. I V. Calendas Octobris.

MDLXXI.

q 2

EIVS.